

Ab. 127.
29.



DISPUTATIO XVII.

DEPOSITI ET
SEQUESTRATIONIS

Materiam utilem, difficilem &
necessariam continens.

QVAM

Deo trinuno feliciter adiuvante

SVB PRAESIDIO

Ortolphi Fomanni

I. V. D. & P. P. P.

In publico Pandectarum Collegio

Pro ingenij viribus defendere
anniretur

ADOLPHVS MARCVS

Ad diem 17. Novemb.



J E N A

Typis Tobiaë Steinmanni,

Anno c15 15 IC.



MAGNIFICIS, NO-
BILISSIMIS CLARISSIMIS ET
Consultissimis, viris ICTis
præstantissimis

Dn. JOHANNI STROMERO
Dn. VIRGILIO PINGGITZERO
Dn. NICOLAO REVSNERO
Dn. ORTOLPHO FOMANNO
Dn. JACOBO VVELSEN.

Amplissimæ Facultatis Iuridicæ in inclyta Salana,
Ordinario, pro tempore Decano, Seniori, huius Collegij
Præsidi, Antecessoribus & Professoribus dignissimis,
Præceptoribus, Promotoribus, Fautoribus
omni observantiæ cultu
prosequendis.

NEC NON

Clariss. & consult. s. viro

D. MARTINO ZIMMERMAN

I. V. D. Affini suo observando

*Disputationem hanc de Deposito, humiliter &
gratitudinis ergò offert.*

Adolphus Marcus
Discip. & Affinis.



I.

Depositum est contractus Iuris- *Definitio.*
gent. nominatus, bonæ fidei, quo res
custodienda gratis alicui datur.

II.

Depositum in genere acceptum *Divisio.*
dividitur in depositum in specie,
quod est rei non litigiosæ ab uno vel pluribus facta
depositio; & sequestrationem.

III.

Contrahitur depositum re & consensu contra- *Causa*
hentium, sive contrahentes sint sui iuris, sive alieni. *efficiens.*

IV.

Pupillus quoque quatenus locupletior factus,
etiam sine tutoris auctoritate civiliter obligatur.

V.

Nec interest an deponens sit fur & prædo nec
ne. Hinc illa quæstio num domino concurrenti cum
fure & prædone res deposita debeat reddi? quod
affirmo.

VI.

Materia depositi sunt regulariter omnes omni- *Materia.*
no res, quæ custodiæ & pacto hominis subiectæ
sunt.

VII.

Hinc moveri solet quæstio ardua: num deposi-
tum in immobilibus locum habeat? Nos negativam
frequentioribus Dd. suffragijs adprobatam, tuebi-
mur.

164 c 4 f. 12

A

2

Re

Depos.

*In p[ro]p[ri]a d[omi]ni
p[ro]p[ri]a u[er]o. an[no]
1622 fol. 135*

II X.

Re fungibili deposita, si conventum ut tantumdem reddatur, & insuper usurae propter usum promittuntur, an depositum dici possit dubitatur? Quae pactio licet depositi terminos egreditur: lex tamen contractus servanda.

164 c14 f. 20

IX.

Quin & res alienae, & animalia, veluti homo & equus deponi possunt. Sed quae depositis rebus accedunt, non sunt deposita. Homine enim vestito deposito vestis non est deposita, sicut nec equi depositi capistrum.

X.

Vestimenta servanda balneari data nullo interveniente precio deposita dicuntur.

XI.

Signata cista deposita, res in ea ita depositae videntur, ut si signata reddita, deponentem liquidis probationibus res ablatas esse probare oporteat, si resignata, iuramento ipsius stetur.

*etiam si res sit litigiosa, si tamen non sit
l. no gratia, et non plures eam in
solidum
deponunt, et
depositum, non sit
quodammodo quod ad
l. 110 n. 2 ff. de
s. l. 842 lib. 2.
c. 14 f. 26. 27.
28. 29.*

XII.

Formam constituit, quod res non litigiosa ab uno vel pluribus alicui consentienti gratis custodienda datur.

XIII.

Depositum ita quoque constitui potest, ut in eo & culpa praestetur. Rata enim est conventio. Dolum autem non praestari conveniri non potest; quia esset contra bonam fidem bonosque mores.

XIV.

Gratis alicui datur, ad differentiam aliorum contractuum. Hinc illa quaestio si expresse actum sit esse depositum num honorario accedente mutetur contractus? N.

XV.

Effectus.

Nascitur inde actio depositi, quae vel directa vel contra-

contra-



contraria. Directa rursus dividitur in civilem & prætoriam. Hęc oritur ex edicto prætoris, & intenditur contra abnegantem id quod depositum tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa, in solidum, duplum, & in perpetuum: contra heredem vero de dolo mortui pro hereditaria portione in simplum & intra annum. Quæritur an etiam hisce quatuor casibus actio depositi sit bonę fidei. Aff.

XVI.

Civilis actio deponenti eiusq; heredibus competit, contra depositarium eiusq; heredes, ut rem depositam cum omni causa, non deterioratam, nec mutatam reddant. Occurrit hęc dubium, si plures heredes in re deposita dolum admiserunt, utrum in solidum conveniendi sint? N. in re dividua.

XVII.

Restituenda res non solum cum causa, sed etiam cum usuris, non modo post moram, sed & si ab initio de ijs præstandis convenit. Quamvis certum tempus constitutum, mutare tamen consilium deponens, & quando sibi vilum fuerit potest depositum repetere. Depositarius autem invito deponenti solvens non liberatur.

XIX.

Heredes singuli pro portione hereditaria depositum reposcunt dividuum. Individuum tum demum uni heredum restituendum, si idonea cautio præstita sit, nihil molestię depositario exhibitum iri. Quæstio est dubia, an matris vel patris conventio suo vel fratris filio actionem quærat? N.

XIX.

Hac in actione dolus tam futurus quam præteritus, & lata culpa, quæ dolo æquiparatur, levis & levissima non item, præstatur, nisi ita pactum fuerit. Quid si se obtulit depositarius? de levissima tenetur. Qui

pro custodia honorarium accipit levem præstat culpam. Excluditur quoq; casus fortuitus. Quid si culpa præcesserit casum? Adhuc tutus est depositarius.

XX.

Cognate
actiones.

Datur non solum hæc actio contra depositarium, verum etiam vindicatio, & invito deponente rem depositarius contrectans, conveniri potest actione furti, & conditione furtiva.

XXI.

Pugnancia.

Num actioni depositi obstabit exceptio compensationis & si ex scripto agitur rei non datæ seu pecuniæ non numeratæ? Minime: adeo ut nec quadrimestre tempus condemnato indulgeatur.

XXII.

Actio
contraria:

Contraria datur depositario eiusq; heredibus, qua consequitur à deponente eiusque heredibus præstationes, ad quas deponens astrictus est, ut impensas, & damnum quod rei depositæ nomine incidit. Directa quidem damnatus suo nomine infamiam incurrit; hæc non item. Neq; etiam hic iuratur in litem. Num depositarius ob impensas, in rem depositam factas, iure retentionis uti potest? Affir. comm. Dd. Negativam defendemus. Et hæc deposito in specie dicta sufficient. XXIII.

116 + c + 4 f. 2

De seque-
stratione.

Sequestratio vel sequestum est rei de qua controversia à pluribus facta depositio. Hinc male arrestum cum sequestro confundunt. ^{fol. 3} ^{fol. 5}

XXIV.

Divisio.

Sequestrationem in voluntariam & necessariam, qui perperam diduci tradunt ab illis discedimus. ^{d. 4 f. 6}

XXV.

Causa
efficiens.

Causa efficiens sequestri est res & consensus, in voluntario perfectus in necessario imperfectus seu præsumptus: Ideoq; illud regulariter permissum hoc vero prohibitum. ^{d. 4 f. 30.} ^{d. 4 f. 9} ^{Per-}

*si appellatur ab executione
fontinica lib 4 c. 4 f. 14*

XXVI.

Permittitur, quando rei litigiosae dilapidatio metuitur. *lib 4 c. 4 f. 31*

*Quando
necessaria
sequestratio*

XXVII. *d. 14 f. 39*

Deinde si debitor de fuga suspectus est: Hinc illa enascitur quaestio; num suspicio fugae in debito- re creditoris iuramento probari possit? N. *d. 14 f. 35*

*locum ha-
beat.*

XXIIX.

Concessum etiam est propter dominij incerti- tudinem, & dubium litis eventum in rebus peculia- ribus si est status incertitudo. An etiam propter con- tumaciam legitimè citati? Affirmativam sententiam tueri conabimur.

d. 14 f. 37

d. 14 f. 39

XXIX.

Hic illa quoque quaestio moveri solet: num ob metum armorum Iudicialis procedat sequestratio? Etsi id secundum Ius civile negandum videtur; con- suetudo tamen & Const. Imperij novissima quae extat in Ordin. Cam. par. 2. t. 21. Von der streitigen Posses- sion §. f. ibi. Ob auch im berürten fall affirmativam comprobat.

d. 14 f. 40

XXX.

Materia constituant res tam mobiles quam immobilis, An & incorporales? A. *d. 14 f. 16*

*Materia
Cumtudo f. 40*

XXXI.

Hinc ardua illa & à multis agitata resultat quaestio: num liber homo sequestrari possit? De affirmati- va videbimus. *d. 14 f. 21*

XXXII.

Vt sequestrum sit contractum, necesse est rem non quamlibet, sed litigiosam esse depositam, non ab vno litigantium solo, sed utroque, non in partes, sed à singulis simul ac semel in solidum, non ex quas libet sed litis causa. XXXIII.

*lib 4 c. 4 f. 25
Forma. §. 5m*

clud. c. 4 n. 37 d. sequestr f. 163

Finis est vt res deposita litis gratia custodiatur. Finis.

d. 14 f. 40.

Vtrum



1.64 c. 19 f. 42 XXXIV.

Eff. Ans.

Vtrum rei depositæ possessio in sequestrum trans-
eat, disceptant Dd. Nec in voluntario sequestro
transire, nisi probetur quod omittendæ possessionis
causa depositio facta sit, dicimus.

XXXV.

1.64 c. 19 f. 45
& 57
214 f. 51

Ad effectum etiam pertinent actiones sequestra-
riæ, quæ civiles, rei persecutoriæ, & ad heredes pro-
portione hereditatis transitoria; quarum una directa,
altera contraria. XXXVI.

Actio di-
recta.

a et illi a m
fili restituitur
ob hunc

Illa datur vel singulis litigantibus, si consensu
mutuo, die, vel conditione sequestrum fuerit solu-
rum. Vnde quæri solet; num etiam contra alicuius
loci publici, ubi sequestrata res est, officialem hæc
datur actio? Aff. XXXVII.

1.64 c. 19 f. 53

Sequestrationem patienti, num ex fructibus ali-
menta & sumptus ad litem suppeditandi. A.

XXXVIII.

Actio
contraria.

Contraria datur sequestri, eiusque heredibus
ad repetendos sumptus & impensas & damna si quæ
fuerit passus, Num & ad petendum salarium? N.

XXXIX.

1.64 c. 19 f. 58
& 61

Similia.

Arrestum Saxonicum, etsi à sequestro non differre
videtur, quo ad formam tamen & modum proceden-
di, magna est differentia. 1.64 c. 19 f. 62

Pugnantia.

folo.

Finitur sequestrum litis terminatione. Deinde
collitur voluntarium die, conditione & mutuo con-
sensu. Necessarium iudicis decreto, nisi sufficiente
satisfactione removeatur. 1.64 c. 19 f. 64

XLI.

et eius

An igitur iuratoria cautio admittetur, qui nec
fideiussoribus nec pignoribus ob inopiam satisfac-
cere potest? A. si persona est fide digna.

F I N I S.

Kc 3192

8^o


(X2217985)

VO 12

MC







DISPUTATIO XVII.

DEPOSITI ET

REQUESTRATIONIS

Materiam utilem, difficilem & necessariam continens,

QVAM

Deo trinuno feliciter adiuvante

SVB PRÆSIDIO

Ortolphi Fomanni

I. V. D. & P. P. P.

In publico Pandectarum Collegio

Pro ingenij viribus defendere anniretur

ADOLPHVS MARCVS

Ad diem 17. Novemb.



J E N Æ

Typis Tobiaë Steinmanni,

Anno c1o 1o 1c.

